



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Catalogvs Omnivm Antistitu[m] Tungaroru[m],  
Traiectensiu[m], ac Leodiorum, [et] rerum domi,  
belliq[ue] gestaru[m] Compendium**

**Placentius, Jean-Leo**

**Antverpiæ, 1529**

Quadragesimus nonus Antistes

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30477**

**I**oannes ultra Traiectensium Episcopus, filius domini ab Erebell, ex filia comitis Verneburgensis, in sacris atq; sæcularibus literis nõ vulgariter institutus, in Antistitem Leodiorum assumptus est anno salutis Millesimo trecentesimo sexagesimo quarto. Qui patriæ causas, ecclesiæq; patrimonia discretius investigans, pactione Dalenbrochi qua comitatũ Lössensem D. a Rūmis vendiderat, impiam esse causatus est, & Rūmen non acquiescente magnate Rūmensi, castrum eius Rūmis obsedit, & nona decurrente hebdomada ad deditorem perduxit ac diruit, Quo nimium cõsternatus, modis omnibus benevolentiam Leodiorum captare studuit: & in Collegio diui Lamberti scriptis articulis, ditionẽ Lössen. Antistiti vero hæredi summisit. Obijt anno salutis Millesimo trecentesimo septuagesimo octavo administrationis anno terciodecimo, sepultus in collegio vltro Traiectensi. Floruit sub Apostolico Urbano quinto. Imperante Carolo. 4. *Infamia*  
Cuius temporibus e Germania non pauci homines, spuma & effrenitate tabidi, instar amentium, Leodium gesticulando saliendoq; perueniunt, quos clerici sacris zonis constringentes, exorcismis ab insanis repurgarunt.

**¶** Quadagesimus nonus Antistes

*ffomatib. dicitur supra fca. dicitur b. dicitur p. dicitur q. dicitur f. dicitur a. dicitur r. dicitur t. dicitur u. dicitur v. dicitur x. dicitur y. dicitur z. dicitur a. dicitur b. dicitur c. dicitur d. dicitur e. dicitur f. dicitur g. dicitur h. dicitur i. dicitur k. dicitur l. dicitur m. dicitur n. dicitur o. dicitur p. dicitur q. dicitur r. dicitur s. dicitur t. dicitur u. dicitur v. dicitur x. dicitur y. dicitur z.*

**A**Rnoldus Horneus, filius comitis ab Horne  
identidē ultra Traiectensium episcopus, ab  
Urbano Pont. Max. confirmatus Canoni  
cis atq; magistratibus diploma exhibuit, & Eu  
stachium Persandū subinde admissum, confirma  
riq; desiderantē, sua presentia depressit anno sa  
lutis Millesimo tricētesimo septuagesimo nono  
Qui biennio magna trāquilitate administrās, de  
mū a Ioanne Rodemaco impugnatus est. Qui  
missis fecialibus, pactū patris, cū Leodijns infre  
git, & ante datas literas, tyrannice omnia agens  
Pagū Bullonensem cōflagrauit, castrūq; adortus  
est. Quibus auditis Ep̄s Gallica oratione Leodi  
os cohortatus, oēs adeo sua præsētia permouit  
vt citra cunctationē, cū Hoñanis atq; Dionensib  
us, ciuitatē egressi, inimicū pene in castrū Che  
chepyre delitescētē, opprimerent. Quod pro  
tinus ignibus summotis accēdentes, hostē in tur  
pem fugā adegerunt, & fugientem viriliter in  
sequuti, quū autorē assequi non possent, ad con  
plicū opes diripiendas diuertunt, & castrū lapi  
fitus, ditionis Barenfis, contriuerunt. Post quā  
duodecimo Calendas Iunias, terræmotus sere  
nissimo cęlo proueniens, patriam omnem indo  
mito turbine concussit, & magni alicuius malī  
horrorē Leodijns attulit. Forte enim tunc magis  
tratus, accusabatur, & nominatim Frerardus,

Terremotus

Et quo quidam sumus p substantia qm in solutio ad dicitur  
 impo...  
 aut q' s'rota s'ctam...  
 qui aliquoties munere publico perfunctus fuit  
 & a Ioanne Coquo fidelissimo viro, decoctiois  
 reipublice insimulabatur: quare decreto Antisti  
 tis extra patriam proscriptus est, & hac parte ciu  
 uibus prouisum, vt quotannis in festo diui Iaco  
 bi Burgimagistri eligerentur, ne passim Scabini  
 (sic enim seruatores vocant) omnia sic definirēt  
 quēadmodū annis superioribus fecisse eos com  
 pertum est, vnde & omnes prater vnū exulare  
 & cacti sunt. Sed quū morbus quoq; idem in no  
 uitis deprehenderetur, quarto decimo calendas  
 Septembres, senatusconsulto exulare iussi sunt,  
 & noua constitutione ordinatum est, vt Leodij  
 quotannis viginti duo iudices residerēt, qui eti  
 am in Pontificis sententijs, & ciuitatū determi  
 nationibus, censurā ferrent. Obijt anno salutis,  
 Millesimo tricētesimo octuagesimo nono, septi  
 mo Idus Martias, āno administrationis decimo,  
 sepult<sup>9</sup> Hornę. Floruit sub Apostolico Urbano  
 sub scismate quod triginta nouē ānis ecclesiā cō  
 turbauit, Italia, Germania Pannonia Urbanum  
 sextum, Gallia vero, Hispania, Cathalonia, &  
 Britannia, Clementē sextū venerantibus. Quo  
 rebus humanis exēpto, Magnates territorij Leo  
 diū conuenientes Canonicos precibus pulsabāt  
 vt e familijs patrię, muneri gerendo aliquē deli  
 gerent. Quē quum ad septimū Calēdas Apriles

Annotata  
 7/Julij.

1389.

1389.

1389.

L

*Theodoricus  
marci pagenes*

Marcia p  
genies

Theodoricū a Marca, prudentem iuxta ac illustrem virum, designassent, atq; adeo confirmari desiderassent, maximopere ille litteris plurima causatis, tantę dignitatis se inhabilē pronunciauit, & rarū toti sæculo humilitatis exemplū dedit. Ex quo facile coniectare licebit, q̄ affluenter Marca illa progenies, olim & floruerit, & patriam sibi demeruerit.

¶ Quinquagesimus Antistes

1390  
Ioaanesa Bauaria, filius Alberti ducis Bauaria, comitis Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Oesteriuaneñ. domini Phrisiorū, corpore spectabilis, verbo affabilis, moribus cōpositus, exactis decem & octo annis, Leodinā administrauit ecclesiam anno salutis Millesimo trecētesimo nonagesimo. Qui cū patre & Gulielmo fratre, octauo Idus Maias, equitibus mille Leodiū aduenit: & postridiē comitatū Hannoniæ n̄sdē feudale concessit. Porro a tenellis vnguibus erga suam gētē magis affectus, zelū populi haud equanimitē tolerauit, & iniuriam Balanto irrogatā, cuius Leodini malitiose castrū occupauerāt, dissimulauit. Quare is apud Francorū regem querelam deponens, Mercatores Dionenses atq; Leodios, in Gallijs detineri procurauit. Quam negligentiam in Antistitem regerentes, vtcumq; de eo lo cuti sunt: & magna plerumq; licētia, in